

ITINERARIUM
ITALIAE
TOTIVS

IN QVO SITVS, ORI-
GINES, IMPERIA CIVITA-
tum, & oppidorum, mores populo-
rum, item montes, lacus, flumina,
fontes, aquæ calidæ, metalla, cuncta-
que miracula, monumenta, incredi-
bilesque antiquitates, mira arte,
experientiaque descri-
pta leguntur.

Nunc de nouo in lucem editum.

STVDIO ET INDVSTRIA TRI-
um Nobilissimorum Germaniæ Adole-
scentum, qui omnia anno præterito ma-
ximis suis sumptibus, ipsimet ex-
perti sunt, omniaque con-
templati.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Conradi Budgenij.

Anno CIO. IO. CII.



ELEGIA.

AD STUDIO SV M IN
ITALIAM ABE-
untem.

A Patrijs quicunq; cupis discedere
terris,
Et varias mundi vis peragere
plagas.

Ne nimirū propera, cauto sed singula corde,

Et quid agas, sapiens vt facit, antè vide.

Imprimis varios casus, & mille pericla,

Et propone animo multa ferenda tuo.

Aestus saepe tibi, tibi frigora saepe nocebunt:

Iam nix dura tibi, iam grauis imber erit.

Non etiam laut a semper tractabere mensa,

Molliculus semper nec tibi lectus erit.

Stramine, vel scamno, vel humi per saepe cu-

babis

Sape tibi sitis, est saepe ferenda fames. (uēs

Et licet his careas, animo tamen omnia vol-



ITER AVGVSTAE VENETIAS ET INDE BONONIAM.



ANNO MD. C. XIX. ipso in festo Michaelis post meridiem in viam nos dedimus, cum precedenti biduo cum cura AVGVSTAE Vindellicorum indies perlustrata essent sequentia Armamentaria duo instructissima in separatis & distinctis locis ciuitatis. Palatia Fuggerorum magnifica, prorsus tamen non regna. Aquæductus publicus (die wasserkunst oder wasser Thurm) visu dignissimus, quo aqua salubris & limpidissima tanta copia per Canales tam capaces in ipsum castellum siue receptaculum deducitur, vt diuersis per ea temporibus aper & dama pusilla delata sit. Memoria eius rei tabulæ lignæ appensæ ibi